


QK. 330, 134



STEMMA
INCLYTAE GENTIS
STRUVIANAE.

EX
PROGRAMMATE
M. CHRISTOPHORI HIEREMIAE
ROSTII,

RECTORIS GYMNASII BUDISSINENSIS MERITISSIMI,
MENSE MAIO MDCCLXX
PUBLICATO,



EMENDATUM ET AUCTUM

1774.



STEMMA

LEBENSZEICHEN

STREUVIARIE

EX

PROGRAMME

IN CHRISTOPHORUS BIERENWALD



LEBENSZEICHEN

LEBENSZEICHEN

LEBENSZEICHEN

LEBENSZEICHEN

LEBENSZEICHEN



I. N. I. I.

De gente Aemiliorum ita Cornelius Tacitus scribit Annal. VI. Cap. XXVII. *Aemilium genus secundum bonorum civium, et qui illustri fortuna egere;* quam laudem Aemiliorum transferre licebit ad eas familias, quae doctrinae atque litterarum gloriam quasi hereditario jure obtinuerunt, et jam per annos ducentos, ad bene praecclareque de omni republica merendum, propagatae sunt in hac Saxonia: quo in numero imprimis habentur Carpzoviae, Lyseriae, Menckeniae, Oleariae, Struvichiae, Struviae, aliaeque non paucae, quas doctarum nomine concelebrare solent. Ac de Carpzoviis quidem Koehlerus in libro magnarum deliciarum, et magnae diligentiae, in den historischen Münzbelustigungen, dilucide exposuit, suaque effecit opera, ut omne illud nomen clarissimum, in excelso et illustri loco situm esset, ad seculorum admirationem; similiterque alii de aliis tradiderunt. Nos quidem ita nobis persuademus, facturos nos esse rem multis gratam atque utilem, si monumentum aliquod Struvianae familiae prodiderimus, non, quo omnia plane sint nobis cognita, atque facultate memoriae isti consulamus, et quasi quaedam jaciamus fundamenta, quibus vel a nobis quidem, vel ab aliis rerum earum studiosioribus, amplior laus ac plenior gentis excitari atque constitui possit.

Ac generis quidem Struviani proavstor, ut Suetoniano verbo utamur, qui sui generis initium abs se genuit et propagavit, Iohannes fuit Struvius, clientelae Cram, in agro Brunsvicensi praedium est, quam pa-

ternam atque avitam possessionem, propter temporum istorum fortunam, relinquere Bartholdo, filio, non potuit. Enimvero ipse sibi Bartholdus alium agellum, vocabulum ei est Wanzleben, tractus Magdeburgici acquisivit, ubi Iudicii Archiepiscopalis laudabiliter meruit Praefectus; de quo munere Burcardus Gothelf Struvius in piis Manibus hoc modo: „Ampla haec est dignitas, et inter omnes Praefecturas Archiepiscopatus „olim, nunc Ducatus Magdeburgici, primaria. Singulari eidem nomen est Praefecti rerum molendinarum, Moellenvoigt, cujus denominationis origo ignoratur quidem, conjecturae tamen sunt, in loco isto, quo nunc „praefecturae extat domus publica, die Moellenvoigtey, olim constituta „fuisse molendina, quibus a cura et jure dicundo praefuerint isti. „Of- „ficium autem in eo consistit, ut omnem jurisdictionem, quae Electori in „ipsa veteri sic dicta urbe Magdeburg, Sudenburg, et Neustadt, agro „quoque Magdeburgensi et vicinis pagis competit, administret, juri di- „cundo et rebus criminalibus praesit, et alia clementissime demandata „expediat. „ Habuit autem Bartholdus filios duo numero Georgium Ada- mum, et Iohannem Augustum, Capituli Magdeburgici Syndicum, duorum itidem filiorum Parentem, quorum alter, cujus nomen accurate meminisse hoc tempore non possumus, Pastoris primarii gradum ad aedem Iohannis, Magdeburgici celebratur, tenuit, et superstitute utriusque sexus sobole cir- citer Annum MDCCL. decessit; alterius autem Gebhardi Adami, Aulae Praefecturae Consilarii, filii tres, meritis et honoribus aucti, ad hodiernum usque diem vivunt.

Sed tamen Georgii Adami et major fuit claritas, et proles longe numerosior, quippe qui, Iuris in Academia Ienensi Antecessor primarius, et libris multis editis, et vero quinque et viginti liberis susceptis famam
atque

atque decus familiae mirum in modum adauxit; Vir et exquisita doctrina, et singulari industria praeditus, adeo, ut nec moriens jam cessaret, Collegisque diceret audientibus: Ordinarium Ienensem stantem mori oportere, quam vocem ex libello didicimus in funere Viri a Ienensi Academia die 27. Decembris MDCXCII proposito.

Ex ejus liberis quinque maxime commemorabiles esse videntur filii, Johannes Guilielmus, Georgius Gottlob, Burcardus Gotthelf, Fridericus Gottlieb, et Ernestus Gottholdus, quorum duo priores gradum intimi Consilarii in Principalibus aulis ascenderunt, tertio et quarto loco nati Professores Artium atque Iuris in Academiis meruerunt, ultimus natu Medicinam salutariter in Ucaromarchia fecit. Etsi autem omnes illi clari atque magni habiti sunt, tamen Burcardus Gotthelf sic eminuit inter fratres honoratos, ut luna inter sidera minora splendet, scripsitque libros bene multos, variae nec vulgaris doctrinae plenos, perfectos illos ingenio, elaboratos diligentia, quos tanquam natos ex se reliquit, qui non modo eo fuerunt superstites, sed etiam immortales futuri sunt, adeo ut quamvis filios nullos genuisset, tamen stirps ei deesse non posset.

Neque vero non gens ipsa per matrimonia minorum fratrum novas radices egit. Namque Fridericus Gottlieb, in Academia Kiloniensi, ubi Struvianum nomen quasi videtur habitare, vidit ex se filios tres, Guilielmum Ottonem, Medicum celeberrimum Lauoniensem in Helvetiis, Carolum Guilielmum Fridericum, Medicum et tractus Visurgini Physicum Holzmundensem, et Antonium Sebastianum, Imperatrici et Magno Duci totius Russiae, nec non Episcopo Lubecensi, Duci Slesvico-Holsatiae, a Consiliis et Secretis Legationum in Comitibus Ratisbonensibus.

Ernestus autem Gottholdus, artis salutaris Doctor et Marchiae Uca-
ricae Physicus, ut quintus ipse numeratus est inter fratres, ita etiam toti-
dem auctus est filiis, Carolo quidem Dietloffo, gregis fidelium Schoene-
werderae propter Premislaviam Pastore vigilantissimo, quem patrem Deus
immortalis esse voluit Caroli Ernesti Hieronymi, nostrae disciplinae egre-
gii alumni, per hos ipsos dies in Academiam Lipsiensem, amplioris pro-
fectus causa, cum verissimo laudis testimonio digressi; Ernesto Gottholdo,
viro longe clarissimo, qui praepositus regendis valetudinibus Magni Ducis
Russorum, dein Imperatoris Petri III. Petropoli morte extinctus est, sui-
que desiderium reliquit duobus filiis, Ernesto Friderico, Medicinae apud
nos Doctori experientissimo, doctissimoque, et Friderico Gottholdo, qui
eamdem artem Kilonii sedulo et feliciter exercet; Friderico Christiano;
in Academia Kiloniensi Professore Medico et Principali Consiliario; Ben-
jamino Augusto, Gorlici in hac nostra vicinia Pharmacopola honestissimo,
et tandem Christiano Adolpho, Clientelarum Friedersdorf et Kleinseit-
schen Iuris utriusque Doctore celeberrimo, Senatore hujus urbis amplif-
simo, cujus erga me innumerabilia officia, et singularem benevolentiam,
nec tacitus hoc loco praeterire, nec verò fati digne praedicare atque
laudare possum.

Sed quoniam haec non omnino plane atque perspicue, et nisi posi-
tum sit ante oculos stemma generis, videntur obscurius disputari, age
sane ita faciamus, ut illa luce nostra haec prolusio quodam modo collu-
stretur. En vobis stemma ipsum quasi adumbratum:

Iohan-

IOHANNES STRUVE,

gentis Proauktor.

Bartholdus Struve

Praefecturae Archiepiscop. Magdeb. Praefectus.

Georgius Adamus Struve, Ordinarius
Ienenfis † 1692.

Ioh. August Struve, Capit. Magdeb. Syndicus † 1704.

N. N. Pastor primarius
ad aedem Iohannis Magdeb.
† circiter 1750.

Gebhard Adamus Struve
Aulae Prussicae Consiliarius

N. N. N. N.

N. N. Pastor eccles. Zerenthinae in Ucaromarchia.	N. N. Senatui oppidoq. Glogaviensi dirigendo Praefectus.	N. N. Quaestor. Legionis in Silesia.
--	--	---

Ioh. Guil. Struve, Confiliarius intimus
Aulae Arnstadiensis.

Georg Gottlob Struve, Confiliarius intimus
Aulae Darmstadiensis.

Burcard Gotthelf Struve, Confil. Aulae Ducum Saxon. Prof. Iuris et hist. in Acad. Ienenfi
† 1738.

Fridericus Gottlieb Struve, Confil. Iustitiae et Prof. Iuris primarius in Acad. Kiloniensi
† 1752.

Ernestus Gotthold Struve, Medic. Doctor et Physic. Marchiae Ucaricae.

Guil-elmus Otto Struve, Medic. Lausoniensis.	Carol. Frid. Guil. Struve, Medic. Iohan. Petrus Henr. Struve nat. 1751.	Anton. Sebast. Struve, Imper. et mag. no Ducis totius Russiae a Con-filiis et Secretis Legati-onum.	Carol. Dietlot. Struve, Pastor. et mag. Schoenen in Uca-chia, nat. 1711.	Ernst Gott- hold Struve, Confil. et Ar- chiater Kiloni- ensis. 1717.	Frid. Christ. Struve, Pharm. copola Gorlicen- sis nat. 1721.	Benjam. August Struve, Pharma- tis nat. 1723.	Christian. Adolph. Struve, Iuris utr. Doctor et Senat. Bu- diff. nat. 1723.
--	---	---	--	--	--	---	---

Ioh. Gustav Struve, nat. 1763.	Ioh. Georg Struve, nat. 1766.	Ioh. Christ. Struve, nat. 1768.	August Guiliel. Struve, nat. 1770.	Heinr. Christ. Gottfr. Struve, nat. 1772.	Ernest. Frider. Gott- hold Struve, Medic. Budiff. nat. 1739.	Ernest. Frider. Gott- hold Struve, Medic. Doct. Kilon. nat. 1742.
--------------------------------	-------------------------------	---------------------------------	------------------------------------	---	--	---

Inches
Centimetres

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

Farbkarte #13

B.I.G.



EMMA
TYAE GENTIS
VIANAE.

EX
RAMMATE
HORI HIEREMIAE
STII,

BUDISSINENSIS MERITISSIMI,
AIO MDCCLXX

UBLICATO,

TUM ET AUCTUM

I 7 7 4.

